



PAENITENTIARIA APOSTOLICA

Prot. N. 289/20/1


DECRETUM

PAENITENTIARIA APOSTOLICA, attentis precibus die XX Martii MMXX porrectis a Maria Caecilia a Corde Iesu Montes Santander, O.C.D., Praeside Associationis MM. Carmelitarum in Chile, una cum Daniele Yañez Ossandon, Commissario PP. Carmelitarum Excalceatorum in Chile, Iacobo Ortiz De Lazcano, Administratore Dioecesano Sancti Philippi Dioecesis, Iulio Escobar Wähling, Praeside Fundationis Teresiae de Los Andes, de mandato Summi Pontificis, omnia et singula spiritalia beneficia, vi Rescripti diei XXII Maii MMXIX (Prot. N. 861/19/1), iam rite concessa per Iubilaeum Sanctae Teresiae de Iesu de Los Andes, a die XIII Iulii MMXIX usque ad diem XIII Iulii MMXX indictum, propter epidemiam morbi "covid-19" per praesentes prorogat usque ad diem XII Aprilis MMXXI, ita ut christianus populus, die in quo Iubilaeum sollemniter claudetur, in tuto sit.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Paenitentiariae Apostolicae, die VII Aprilis, anno Dominicae Incarnationis MMXX.


MAURUS Card. PIACENZA
Paenitentiaris Maior


CHRISTOPHORUS NYKIEL
Regens